Falsarum in veras et vicissim verarum in falsas conversio quae fit augendo juxta priorem valorem verarum radicum quantitate majore aliqua ex falsis, ubi insuper fit ut quantitas cognita tertii termini quadrato semissis secundi major sit. Ut si habeatur

$$x^6 + nx^5 - 6nnx^4 + 36n^3x^3 - 216n^4xx + 1296n^5x - 7776n^6 \propto 0$$

faciendo $y - 6n \propto x$ invenietur

$$\begin{array}{llllll}
y^6 \left.\begin{array}{l} -36n \\ +n \end{array}\right\} y^5 & \left.\begin{array}{l} +540nn \\ -30nn \\ -6nn \end{array}\right\} y^4 & \left.\begin{array}{l} -4320n^3 \\ +360n^3 \\ +144n^3 \\ +36n^3 \end{array}\right\} y^3 & \left.\begin{array}{l} +19440n^4 \\ -2160n^4 \\ -1296n^4 \\ -648n^4 \\ -216n^4 \end{array}\right\} yy & \left.\begin{array}{l} -46656n^5 \\ +6480n^5 \\ +5184n^5 \\ +3888n^5 \\ +2592n^5 \\ +1296n^5 \end{array}\right\} y & \begin{array}{l} +46656n^6 \\ -7776n^6 \\ -7776n^6 \\ -7776n^6 \\ -7776n^6 \\ -7776n^6 \end{array}
\end{array}$$

$$y^6 - 35ny^5 + 504nny^4 - 3780n^3y^3 + 15120n^4yy - 27216n^5y \ * \propto 0$$

Quod exemplum quidem instar canonis esse potest similis quid in quibusvis ejusmodi aequationibus exsequendis ac idcirco ad inveniendam quantitatem, qua verae radices augendae sunt, si in exemplum cujusvis proposita sit aequatio $x^6 + ax^5 + bx^4 - cx^3 - dxx + ex + f \propto 0$ oportet neglectis omnibus terminis in quibus signa + et − diversa sunt ab iis quae in canone reperiuntur nempe b c et f considerare tantum omnes reliquos ut a d e. Ut quod $+ax^5$ quia in canone habetur $+nx^5$ et $-dxx$ propter $-216n^4xx$ nec non $+ex$ quia in canone $+1296n^5x$. Qui quidem seorsim considerandi sunt et quaerenda quantitas n quae non sit minor quam a quia in canone habetur n ubi in data aequatione est a et cujus quadrato quadratum non sit minus quam $\frac{1}{216}$ d quia in canone habetur $216n^4$ ubi in data aequatione est d, nec non cujus surdesolidum non sit minus quam $\frac{1}{1296}$ e quia in canone habetur $1296n^5$ ubi in data aequatione est e; Quantitate n sic inventa manifeste ex ipsa operatione demonstratur si ponatur $y - 6n \propto x$ inventum iri ~~aequationem~~ quae per omnia [illegible]

Terminorum et quidem

Secundi termini ablatio fit autem hoc diminuendo veras radices quantitate cognita secundi termini divisa per numerum dimensionum primi, si unus ex hisce duobus terminis notatus fuerit signo + et alter signo − aut augendo illas eadem quantitate si uterque eodem signo fuerit affectus, sic ad tollendum secundum terminum aequationis sequentis $y^4 + 16y^3 + 71yy - 4y - 420 \propto 0$ divisis 16 per 4 propter 4 dimensiones termini y^4 provenient rursus 4 hinc facio $z - 4 \propto y$ et scribo

$$\begin{array}{rrrrr}
z^4 - 16z^3 & +96zz & -256z & +256 \\
+16z^3 & -192zz & +768z & -1024 \\
 & +71zz & -568z & +1136 \\
 & & -4z & +16 \\
 & & & -420 \\
\hline
z^4 \ * & -25zz & -60z & -360 \ \#
\end{array}$$

\# Ubi verae radices quae erant 2 et 6 nunc ista sunt aucta et falsae quae erant 5.6.7 tantummodo sunt 1,2,3 cum illa sint singula diminuta

12